



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Bruchstücke mittelalterlicher Enqueten aus Unteritalien**

**Sthamer, Eduard**

**Berlin, 1933**

IV. Lehensrestitutionen in Calabrien. 1277

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69737](#)

laboratorias in non modica quantitate in loco Sagitte<sup>1</sup>, ubi dicitur terra S. Lazari; quas terras tenuit predicta ecclesia S. Antonii usque ad adventum domini nostri regis in regnum, donec restitute fuerunt de mandato regio domui Templi, cuius fuisse dicebantur; et ipsas terras predictus imperator fecerat revocari ad demanium suum ab eadem domo Templi cum aliis pluribus possessionibus, quas tenebat<sup>2</sup>.

*Ein anderer Zeuge sagt dasselbe aus.*

#### IV. Lehensrestitutionen in Calabrien. 1277.

Neapel, Staatsarchiv, Fasc. Ang. 46 fol. 122—130. Orig. chart. Fol. 122—123 sind gedruckt bei Minieri, Codice I 123 Nr. 146. Zitiert wird diese Enquete bei De Lellis II 246 (betr. Tancredi di Morano; vgl. Ziff. 3), Capasso, Historia diplomatica S. 351 Anm. 6 und Minieri, Studi storici S. 16 (nach De Lellis); daraus Kantorowicz II 299ff., Regesta Imperii V Nr. 3547a; zitiert: Pontieri, Pretesa fellonii S. 231 Anm. 4 und Pontieri, Un capitano S. 303f.

Die Enquete gehört der V. Ind. (1276/77) an. Sie begann am 10. Januar 1277 in Castrovillari. Es folgten Bisignano, Amantea, Seminara, Nicotera, Rocca Nichefori, Bruzzano in der Grafschaft Catanzaro, Tropea, Mileto, Cristò in der Ebene von S. Martino, Caulonia, Monteleone, Arena, Vallelonga, Soriano, Amendolea.

Als Veranstalter werden genannt (Ziff. 1) *commissarii . . . pro facienda inquisitione de bonis ecclesiarum, que hodie prelati . . . ecclesiarum tenere noscuntur . . .*; als Zweck *de bonis restitutis quibusque personis per . . . regem Karolum post felicem ingressum suum in regnum.*

Daraus ergibt sich, daß wir hier eine Parallel(en)quete zu der vorhergehenden vor uns haben. Daß beide noch im 17. Jahrhundert in einem Faszikel vereinigt waren, ergibt sich auch aus der Folierung; denn während das letzte nachweisbare Blatt der vorigen Enquete die Ziffer 121 trägt, fängt diese mit fol. 122 an. Da am Schlusse noch vier ganz leere Blätter mit der Zählung 131—134 folgen, liegen also im ganzen 13 Blätter vor. Am Anfang und am Ende ist dieses *Capitulum* offenbar vollständig; auch in der Mitte lassen sich Verluste nicht nachweisen, sind übrigens auch nicht wahrscheinlich.

Über die hier und in dem nächsten Dokument vielfach erwähnte Verschwörung von Capaccio vgl. Hampe, in den Heidelberger Sitzungsberichten 1923 Nr. 8 und Kantorowicz II 298ff.

[f. 122<sup>a</sup>] *Capitulum de bonis restitutis tam baronibus, quam personis  
aliis quibuscumque.*

X. die mensis ianuarii V. ind. apud Castrumvillarum manentes in eadem terra commissarii supradicti pro facienda inquisitione de bonis ecclesiarum, que hodie prelati ipsarum ecclesiarum tenere noscuntur ratione ecclesiarum, quas habent, processerunt ad faciendam inquisitionem de bonis restitutis quibusque personis per dominum nostrum regem Karolum post felicem ingressum suum in regnum, sicut inferius continetur.

In Castrovillaro<sup>3</sup>.

[1] Iudex Iohannes Panzamerilla iuratus et interrogatus, que bona restituta fuerunt per dominum regem in partibus istis post felicem ingressum suum in regnum, dixit, quod tota baronia Circlarii<sup>4</sup> restituta fuit per dominum regem quondam domino Conrado de

<sup>1</sup> Ein Fondo Sajetta im Territorium von Spezzano Albanese wird erwähnt bei Falcone S. 332f.

<sup>2</sup> Rycc ad a. 1231 (MGM, SS XIX 364): Tunc imperator domorum omnium Hospitalis et Templi possessiones, que in regno sunt, et earum fructus capi iubet ad opus suum. De Lellis (aus Fasc. Ang. 28 il 1<sup>o</sup> fol. 54<sup>b</sup>), bei Minieri, Studi storici S. 16: Testes deponunt olim quondam Fredericum imperatorem destituisse Sacram Domum Templi (de) dicta vinea et aliis bonis in Sicilia, ex eo quod ipsi fratres Domus Templi capere volebant in Acco dictum imperatore de mandato Summi Pontificis.

<sup>3</sup> Castrovillari.      <sup>4</sup> Cerchiara, nordöstlich Castrovillari.

Amicis cum hominibus iuribus et pertinenciis suis, cuius baronie terre sunt infrascripte: videlicet Cyrclarium<sup>1</sup>, casale Sancti Antonii<sup>2</sup>, Casale novum<sup>3</sup>, casale Sclavorum<sup>2</sup>, casale Platachi<sup>4</sup>, casale Sancti Helye<sup>5</sup>, Albydona<sup>6</sup>, bona pheudalia, que tenuerat in Ordeolo<sup>7</sup> et casali Galati<sup>2</sup>, et in Cusentia<sup>8</sup> pheudum unum, quod dicitur pheudum de Suberito.

*Es folgt die Angabe des Wertes der einzelnen Besitzungen.*

*Die weiteren Zeugen sagen dasselbe aus.*

[f. 122<sup>b</sup>] Interrogati predicti testes, si de restitutione predicta facta domino Conrado de baronia predicta viderunt litteras regias, dixerunt quod sic, et ipsas litteras audiverunt puplice legi in Castrovillaro.

Item interrogati, quod ius habet regia curia in predicta baronia, dixerunt se nichil aliud inde scire, nisi quod quandam dominus Rogerius de Amicis pater predicti domini Conradi, sicut dicebatur, fuerat in conspiratione facta contra imperatorem Fredericum per Tipaldum Franciscum et plures alios barones regni et hac occasione dictus dominus Rogerius dicitur fuisse captus per eundem dominum imperatorem et in carcere mortuus fuisse; et sic dominus Conradus predictus exivit de regno.

In eadem terra Castrovillari.

[2] Item predicti testes de Castrovillaro . . . concorditer dixerunt, quod post adventum domini nostri regis facta fuit restitutio de mandato suo domino Tancredo de Morano de baronia Morani, silicet de castro Morani<sup>9</sup>, castro Grisolie<sup>10</sup> et casali Churelle<sup>11</sup> . . .

*Es folgt die Angabe über den Wert dieser Besitzungen.*

Interrogati predicti testes, si de restitutione ipsa . . . viderunt litteras regias, dixerunt quod sic . . .

Item interrogati, quod ius habet regia curia in predicta baronia, dixerunt se nichil aliud inde scire, nisi quod imperator Fredericus fecit baroniā ipsam revocari ad demanium suum occasione, quod Guilielmus maior frater predicti domini Tancredi, qui tunc erat dominus Morani, dicebatur fuisse in conspiratione facta contra ipsum imperatorum per Tipaldum Franciscum et alios barones regni, et propter hanc causam dictus dominus Tancredus dicitur exivisse de regno.

[f. 123<sup>a</sup>]

In Bisiniano<sup>12</sup>.

[3] Robbertus Ferramundus . . . dixit se scire, quod domino Matheo de Luciis, qui fuerat extra regnum et cum domino rege regnum intravit, facta fuit restitutio de mandato regio de castro Lucii<sup>13</sup>, casali Piscarie<sup>14</sup>, casali quod vocatur Medium<sup>2</sup>, et medietate casalis Ordicani<sup>2</sup> . . .

*Es folgt die Angabe über den Wert dieser Besitzungen.*

<sup>1</sup> Cerchiara, nordöstlich Castrovillari.

<sup>2</sup> Nicht identifiziert.

<sup>3</sup> Casalnuovo (Giustiniani III 209f.), jetzt Villapiana, östlich Cerchiara.

<sup>4</sup> Plataci, nordöstlich Cerchiara.

<sup>5</sup> S. Elia, südlich Plataci (bei Rizzi-Zannoni).

<sup>6</sup> Albidona, östlich Plataci.

<sup>7</sup> Oriolo, nördlich Plataci.

<sup>8</sup> Cosenza.

<sup>9</sup> Morano Calabro, nordwestlich Castrovillari.

<sup>10</sup> Grisolia, südlich Scalea auf der Höhe über dem Golf von Policastro.

<sup>11</sup> Die Ruinen von Girella unweit südwestlich von Grisolia.

<sup>12</sup> Bisignano, oberhalb des Valle del Crati, etwa halbwegs zwischen Castrovillari und Cosenza.

<sup>13</sup> Luzzi, südlich Bisignano.

<sup>14</sup> Ein Valle Pescara, südlich Luzzi (bei Rizzi-Zannoni).

Item interrogatus, si de restitutione ipsa facta domino Matheo predicto vidit litteras regias, dixit quod sic.

Item interrogatus, quod ius habet regia curia in predicta baronia, dixit se nichil aliud inde scire, nisi quod audivit dici, quod dominus Perrus maior frater predicti domini Mathei occasione conspirationis facte contra imperatorem Fredericum a pluribus baronibus regni captus fuit de persona de mandato imperatoris et missus in exilium in insula Malte, ubi mortuus fuit. Audivit etiam dici, quod occasione predice conspirationis idem imperator fecit capi duas sorores dicti Perri et eas comburi cum aliis pluribus apud Neapolim<sup>1</sup>. Item dixit, quod idem imperator tenuit predicta bona in manu curie per se vel per alios, quibus ipsa concedebat, usque ad obitum suum; et deinde rex Conradus et postea princeps Tarentinus usque ad adventum domini nostri regis.

*Die übrigen Zeugen sagen dasselbe.*

[f. 123<sup>b</sup>]

In eadem terra Bisiniani.

[4] Item predicti testes de Bisiniano . . . concorditer dixerunt, quod post adventum domini nostri regis facta fuit restitutio de mandato suo domino Raynaldo de Guasto de castro Regine<sup>2</sup>, casali Lectarici<sup>3</sup>, casali de Cruce, Coscinello, Manglanito<sup>4</sup>, casali Catanei, casali Sancti Stephani, casali Felicii<sup>5</sup>, casali Cuculi, casali Petre<sup>6</sup>, casali Vesperelli et casali Menzani et casali Gructule<sup>7</sup> . . .<sup>8</sup>, videlicet parte, quam dominus Raynaldus in predictis casalibus noscebatur habere.

*Es folgt die Angabe über den Wert dieser Besitzungen.*

Item interrogati, si de predicta restitutione . . . viderunt litteras regias, dixerunt se non plene recordari se litteras regias vidiisse.

Item interrogati, quod ius habet regia curia in predictis locis, dixerunt se nichil aliud inde scire, nisi quod dixerunt se scire, quod dictus dominus Raynaldus, qui occasione, quod se diligebat cum comite Perro de Calabria tunc comite Catanzarii, qui timore principis Tarentini absentaverat se de regno, fugiens extra regnum terram predictam suam dimisit et princeps Tarentinus eam in manibus suis accepit et tenuit eam in manibus curie usque ad adventum domini nostri regis.

[f. 124<sup>a</sup>]

In eadem terra Bisiniani.

[5] Predicti omnes testes de Bisiniano . . . dixerunt, quod post adventum domini nostri regis facta fuit restitutio quondam domino Thomasio Foramuro de casali Sillictani<sup>9</sup> . . .

*Es folgt die Wertangabe.*

Item interrogati, si vederunt litteras regias . . . , dixerunt se non recordari.

Item interrogati, quod ius habet regia curia in ipso casali, dixerunt se nichil aliud inde scire, nisi quod dictus dominus Thomasius fugiens de regno sequendo dominum comitem

<sup>1</sup> Vgl. *Chronicon Placentinum* S. 209.

<sup>2</sup> *Regina*, südwestlich Bisignano, auf der linken Seite des Crati.

<sup>3</sup> *Lattarico*, unweit nordwestlich *Regina*.

<sup>4</sup> Vielleicht *Mancalavita* bei *Regina*, erwähnt bei *Pagano* S. 45.

<sup>5</sup> Ein Casale *San Felice di Camigliano* in der Gegend von *Lattarico* wird erwähnt ebendort.

<sup>6</sup> Ein Casale *S. Pietro in Vallano* bei *Regina*, ebendort.

<sup>7</sup> Vielleicht *S. Maria delle Grotte* südlich *Regina* (bei Rizzi-Zannoni). Vgl. auch *Pagano* a. a. O.

<sup>8</sup> Alle übrigen Ortschaften sind nicht zu identifizieren.

<sup>9</sup> *Sellettano* war der alte Name für *Sartano*, ein kleines Dorf nordöstlich *Lattarico*. *Pagano* S. 44f.

Perrum de Calabria, qui de regno exivit timore principis Tarentini, dimisit casale predictum, quod idem princeps Tarentinus in manibus suis accepit et tenuit in manu curie tam per se quam per alios, quibus ipsum concedebat, usque ad adventum domini nostri regis.

Item dixerunt se recordari, quod tempore imperatoris Frederici dominus Robertus catapan(us) de Bisiniano, dominus Marsicanus et Nicolaus de Perrono et alii, qui pro tempore fuerant baiuli civitatis Bisiniani, recolligebant iura redditus et proventus casalis Sillicitani tamquam a casali ipsius terre Bisiniani et casali demanii, in quo casali regia curia habebat bancum iusticie, iura macelli, plateam et alia iura, ex quibus proveniebant regie baiulationi Bisiniani aur. unc. 2; et homines ipsius casalis pro maiori parte erant homines demanii et cogeabant per homines Bisiniani ad iusticiam faciendam.

Item dixerunt, quod, cum notarius Guilielmus esset notarius puplicus Bisiniani tempore quandam regis Conradi, idem notarius pluries ivit ad casale Sillicitani cum baiulis Bisiniani, et ipsi baiuli regebant curiam in ipso casali.

Item dixerunt, quod in predicto casali Sillicitani sunt de veris hominibus regie curie demanii terre Bisiniani in predicto casali Sillicitani homines subscripti, videlicet: *es folgen 32 Namen.*

[f. 124<sup>b</sup>]

Im Amantea<sup>1</sup>.

[6] Iohannes de iudice Michael . . . dixit, quod nulla restitutio facta fuit in terra ipsa, set dominus Strangius de Amantea, qui aufugit de regno, pro eo quod adhærebat comiti Perro de Calabria comiti Catanzarii, rediens in regnum cum domino nostro rege autoritate sua reacepit bona sua, que tenuerat in Amantea et erant in manu curie, concessa tamen per principem Tarentinum Matheo de Penna. Bona autem sunt ista, videlicet:

domus, vinee in maxima quantitate, que vinee reddunt de musto annuatim salmas 300.

Item tenet in pluribus locis diversas terras laboratorias de tum(inis) 100.

*Die übrigen Zeugen sagen dasselbe.*

In Seminar(ia)<sup>2</sup>.

[7] Symon Balbus . . . dixit, quod domino Henrico Russo facta fuit restitucio de mandato regio de terra Sancte Christine<sup>3</sup> et casali Precarica<sup>4</sup> . . .

*Es folgt die Wertangabe.*

Item interrogatus, si de restitucione ipsa vidi litteras regias, dixit quod sic.

Item interrogatus, quod ius habet regia curia in predicta terra et casali, dixit se nichil aliud inde scire, nisi quod terra et casale predicta erant de demanio curie tempore imperatoris Frederici, ante quam ipsa concederet magistro Theodoro philosopho suo<sup>5</sup>; quo mortuo terra ipsa et casale ad manus curie devenerunt.

[f. 125<sup>a</sup>] Item dixit, quod tempore imperatoris predicti nunquam vidi dominum Fulconem patrem predicti domini Henrici tenere et possidere terram et casale predictum.

<sup>1</sup> Amantea, südlich Paola an der tyrrhenischen Küste Calabriens.

<sup>2</sup> Seminara, südöstlich Palmi.

<sup>3</sup> S. Cristina d'Aspromonte, südöstlich Seminara. Das mittelalterliche S. Cristina lag etwas südlich davon; vgl. die Karte von Rizzi-Zannoni.

<sup>4</sup> Nicht identifiziert. Sollte dieser Name etwa in Paracorio (südwestlich S. Cristina) stecken?

<sup>5</sup> Über Theodorus philosophus vgl. Amari, Musulmani III 693ff. und Niese, Geistiges Leben S. 503.

Post mortem vero dicti imperatoris dicebatur per partes illas, quod terra Sancte Christine et casale Precarica concessa fuerant domino Fulconi per imperatorem predictum; et abinde tenuit predictam terram, usque quo exivit de regno.

In eadem terra Seminar(ie)<sup>1</sup>.

[8] Predictus Symon Balbus testis . . . dixit, quod castrum Bubalini<sup>2</sup> cum casalibus . . . restitutum fuit . . . domino Henrico Russo predicto.

*Es folgt die Angabe über den Wert.*

Item interrogatus, si de restitucione ipsa vidit litteras regias, dixit quod sic.

Item interrogatus, si quod ius habet regia curia in predicta terra Bubaline, dixit se nichil aliud inde scire, nisi quod bene novit, quod tempore imperatoris Frederici castrum Bubalini cum pertinenciis suis erat in demanio curie; set qualiter pervenerat ad dominum Henricum predictum ignorat. Audivit tamen dici per partes illas, quod rex Conradus concederat ipsum domino Fulconi patri suo.

[9] Item predictus testis dixit, quod predicto domino Henrico restitutum fuit casale Lactonie<sup>3</sup> cum pheudo Bovensium de mandato regio.

*Es folgt die Wertangabe.*

Item interrogatus, si de ipsa restitucione vidit litteras regias, dixit quod sic.

Item interrogatus, si quod ius habet regia curia in predictis locis, dixit se nichil inde scire.

[10] Item dixit, quod predicto domino Henrico Russo fuit restituta quedam pars pheudi Regii, que consistit in vassallis sex, vineis, olivis et quodam pulcro iardino de arangiis, citris et lonciis(?) et etiam terris laboratoriis, *es folgt die Wertberechnung.*

[f. 125<sup>b</sup>] Item interrogatus, si habet de restitucione ipsa litteras regias, dixit se ignorare.

Interrogatus, si quod ius habet regia curia in ipso pheudo, dixit se ignorare. Dixit tamen quod tenet ea iure domine Margarite matris sue.

[11] Item dixit, quod in terra Regii<sup>4</sup>, Sancti Niceti<sup>5</sup> et Cachii<sup>6</sup> idem dominus Henricus tenet duas partes bonorum, que fuerunt quondam Thomasii de Regio avunculi dicte matris sue; que due partes consistunt in terris, vineis, iardino, olivis et etiam quibusdam aliis terris, que dicuntur de comito<sup>a</sup>, et in quadam burga saline in Sancto Niceto, queve de mandato regio sibi restitute fuerunt . . .

*Es folgt die Wertangabe.*

Item interrogatus, si vidit litteras restitucionis, dixit quod non.

Item interrogatus de iure curie dixit se nichil inde scire.

[12] Item dixit, quod eidem domino Henrico fuit restitutum casale Calimere<sup>7</sup>, quam habet ad annum censem a domo Templi.

<sup>a</sup> oder comico.

<sup>1</sup> Seminara, südöstlich Palmi.

<sup>2</sup> Bovalino, südwestlich Gerace, auf der ionischen Seite Südalabriens.

<sup>3</sup> Acconia, am Südostrand der Piana di S. Eufemia, vgl. Giustiniani I 20.

<sup>4</sup> Reggio di Calabria.

<sup>5</sup> Castello S. Nucito diruto, südöstlich Reggio.

<sup>6</sup> Vielleicht das Casale Chianchi, nordöstlich Reggio, nahe Calanna.

<sup>7</sup> Calimera, östlich Nicotera.

Item restituta fuerunt sibi bona, que tenet similiter ad annum censum a monasterio Sancte Trinitatis de Venusio sita in plano Sancti Martini.

Item restituta fuerunt ei quedam bona, que tenet ad annum censum a monasterio Sancte Eufemie, sita etiam in plano Sancti Martini.

Item restitutum fuit sibi tenimentum quoddam Sancti Michaelis<sup>1</sup> situm similiter ibidem.

Que omnia predicta, que tenet ab ecclesiis ipsis, valent sibi annuatim aur. unc. 7.

Item interrogatus, si habet inde litteras restitucionis, dixit se credere ipsum habere litteras regias, set ipse non vidit.

Item interrogatus de iure curie, dixit se nichil inde scire.

*Die übrigen Zeugen sagen dasselbe.*

[f. 126<sup>a</sup>] [13] Item predicti testes dixerunt, quod domino Henrico Russo predicto facta fuit etiam restitutio unius pheudi siti in tenimento Tropee<sup>2</sup>, quod consistit in hominibus, terris et vineis, et valet sibi per annum aur. unc. 6.

Item interrogati de litteris restitucionis dixerunt se nichil inde scire.

Item interrogati de iure curie dixerunt se nichil inde scire. Audiverunt tamen dici, quod pertinet eidem iure materno.

[14] Item predicti testes . . . dixerunt, quod domine Margarite matri domini Henrici Russi restituta fuit Synopolis<sup>3</sup> cum hominibus et tenimento suo.

*Es folgt die Wertangabe.*

Item interrogati, si viderunt litteras restitucionis, dixerunt quod sic.

Item interrogati, si quod ius habet regia curia in predicta Synopoli restituta, dixerunt se nichil inde scire.

#### In Nicotera<sup>4</sup>.

[15] Iudex Paulus de Nicotera . . . dixit, quod . . . facta fuit restitutio domino Petro Russo comiti Catanzarii in diversis partibus Calabrie de subscriptis casalibus et locis, sicut inferius continetur, videlicet:

de pheudo quondam domini Jordani Russi sito in tenimento Nicotere, quod consistit in hominibus possessionibus et molendinis et censualibus, valente sibi annuatim unc. 10,  
item de casali Mathine<sup>1</sup> et casali Capsochur(e)<sup>1</sup>, et valet sibi annuatim in omnibus iuribus et proventibus suis aur. unc. 30,

item de pheudo Paternit(i)<sup>1</sup>, quod consistit in hominibus vineis et terris in tenimento Nicotere, Misiani<sup>5</sup> et Burrelli<sup>6</sup>, et valet sibi annuatim aur. unc. 6,

item de pheudo Chesanit(i)<sup>7</sup>, quod consistit in hominibus vineis et culturis et aliis terris in tenimento Briatici<sup>8</sup>, et valet sibi annuatim aur. unc. 10,

[f. 126<sup>b</sup>] item de pheudo Ardonasti<sup>1</sup>, sito in tenimento Batticani<sup>9</sup>, quod consistit in vineis terris et cannetis, et valet sibi per annum aur. unc. 8,

item de pheudo Lacus in tenimento Burrelli<sup>6</sup>, quod consistit in culturis, molendinis et aliis terris, et valet sibi annuatim aur. unc. 10,

<sup>1</sup> Nicht identifiziert.

<sup>2</sup> Tropea.

<sup>3</sup> Sinopoli, südlich Palmi.

<sup>4</sup> Nicotera.

<sup>5</sup> Mesiano diruto, westlich von Mileto; vgl. Giustiniani VI 7.

<sup>6</sup> Cessaniti, westlich Vibo Valentia.

<sup>7</sup> Briatico.

<sup>8</sup> Der Name scheint im Capo Vaticano, nordwestlich Nicotera, erhalten zu sein.

<sup>9</sup> Borello diruto, östlich Nicotera, nahe der Via Popilia (bei Rizzi-Zannoni).

item de casali Sancti Fili<sup>1</sup> de tenimento Sancti Georgii<sup>2</sup>, quod consistit in vassallis culturis vineis et aliis possessionibus, et valet sibi annuatim aur. unc. 20,

item de casali Rosarni<sup>3</sup>, quod consistit in villanis nemoribus vineis et aliis possessionibus, et valet sibi per annum aur. unc. 15,

item de pheudo uno in Tropea<sup>4</sup>, quod consistit in hominibus terris vineis et aliis redditibus, et valet sibi per annum aur. unc. 50.

Item interrogatus, si vidit litteras restitucionis predictorum bonorum sceu<sup>a</sup> pheudorum, dixit se nichil inde scire.

Item interrogatus, si regia curia habet aliquod ius in prenominatis bonis, dixit se nichil inde scire.

Die übrigen Zeugen sagen dasselbe.

#### In Rocca Nichefori<sup>5</sup>.

[16] Iudex Dominicus Picchulus . . . dixit, quod predicto comiti Petro restitutum fuit pheudum unum de patrimonio suo, consistens in septem villanis vineis terris et taberna una in strata in Rocca Nichefori. Que omnia venduntur per annum in cabellam pro t(umini) victualium 400.

Die übrigen Zeugen sagen dasselbe.

<sup>a</sup> So Orig.

<sup>1</sup> S. Fili, südöstlich Nicotera (bei Rizzi-Zannoni).

<sup>2</sup> Wohl S. Giorgio Morgeto, südöstlich von Polistena.

<sup>3</sup> Rosarno, südöstlich Nicotera.

<sup>4</sup> Tropea.

<sup>5</sup> Auf Rocca Niceforo müssen wir etwas näher eingehen. Die ältere Lokalliteratur Calabriens identifiziert l'antica Nicofora mit Vallelonga, östlich Vibo Valentia, nahe dem Oberlauf des Mesima. Vgl. Fiore I 130; auch Giustiniani X 10. Ob diese Angabe richtig ist oder nicht, ist nicht ganz gleichgültig; denn Rocca Niceforo wurde 1121 von dem Grafen Roger, dem nachmaligen Könige, belagert, und während dieser Belagerung empfing er den vom Papst Calixtus an ihn gesandten Kardinal Hugo zu Verhandlungen (Di Meo IX 264). Caspar (S. 56) sagt bei Erwähnung dieses Vorganges nur »Rocca Niceforo bei Catanzaro in Süddkalabrien«, gibt also keine nähere Erklärung, dürfte auch wohl kaum diesen Ort auf irgend einer Karte gefunden haben.

Tatsächlich läßt sich nachweisen, daß Rocca Niceforo und Vallelonga nicht identisch sind; denn außer in der uns vorliegenden Enquête kommt in der Ortsliste für die Erhebung der Subventio generalis für 1276 (Minieri, Regno 1276 S. 52 und Pardi S. 42) Rocca Nichifora neben Vallislonga vor; es handelt sich also zweifellos um zwei verschiedene Orte. Die Liste läßt eine gewisse geographische Ordnung erkennen (die Reihenfolge der Orte bei Minieri ist ganz willkürlich), die bis zu einem gewissen Grade Schluß auf die Lage der einzelnen Orte zuläßt. Soweit die dort genannten Orte, die vor und nach der Rocca Nichifora genannt werden, feststellbar sind, liegen sie alle in der Nähe des Golfes von Santa Eufemia: Nicastro, Maida, Acconia, Savuto, Castel Menardo (bei Filadelfia) vor, Bivona und Briatico unmittelbar nach. Genau ebenso finden wir es in den Steuerlisten für 1277 (Reg. Ang. 217 fol. 95) und für 1320 (Minieri, Notizie storiche S. 216). Und das stimmt recht gut zu der Tatsache, daß in einer Urkunde Friedrichs II. vom Februar 1206 (Winkelmann, Acta I 82 Nr. 93) Laconia (Acconia) als casale in tenimenti Rocce Nichifori bezeichnet wird.

Bei den wiederholten tellurischen Katastrophen, die jene ganze Gegend heimgesucht haben, ist die Örtlichkeit von Rocca Niceforo natürlich überhaupt nicht mit völliger Sicherheit festzustellen. Eine gewisse Wahrscheinlichkeit spricht dafür, daß eine Ruinenstätte auf der Berg Höhe in dem nach Süden geöffneten Winkel zwischen der Küste des Golfes von Santa Eufemia und dem Flusse Angitola, die sowohl auf den alten Karte von Rizzi-Zannoni, als auch auf den modernen Karten kurzweg als La Rocca diruta bezeichnet ist, ehemals Rocca Niceforo gewesen ist; eben deshalb, weil für alle anderen Orte ringsum die im Mittelalter vorkommenden Namen feststehen, nicht aber für jene Rocca diruta. Mehr als eine Vermutung ist das freilich nicht.

Recht gut würde diese Annahme zu zwei Stellen in der Chronik des Gaufredus Malaterra stimmen. Die erste Stelle findet sich I 20; dort heißt es, nachdem unmittelbar vorher von Vibo Valentia die Rede gewesen ist: Ipse vero castrum, quod Nicofola dicitur, studiosissime turribus et propugnaculis firmans armatis militibus munivit. In der Tat ist die Rocca diruta nicht weit von Vibo Valentia entfernt. Noch wichtiger erscheint mir die zweite Stelle I 29, wo von der Teilung Calabriens zwischen Robert Guiscard und dem Grafen Roger die Rede ist und die Grenzlinie dessen, was Robert dem Roger überlassen will, folgendermaßen bestimmt wird: medietatem totius Calabrie a iugo montis Nichifoli et montis Skillacii, quod acquisitum erat vel usque Rhegium essent acquisituri. Das hochgelegene, weithin sichtbare Squillace an der

[f. 127<sup>a</sup>] In Buczano<sup>1</sup> de comitatu Catanzarii.

[17] Nicolaus de Uraso magnus . . . dixit, quod predicto Petro facta fuit restitucio . . . de infrascriptis casalibus, videlicet:

de casali Calamaria<sup>2</sup>, quod valet in omnibus proventibus suis, computatis terragiis et quibuslibet aliis iuribus, annuatim aur. unc. 30,

item de casali Sancti Basilii<sup>3</sup>, casali Sancte Barbare<sup>2</sup>, casali Frascinet(i)<sup>4</sup>, casali Castanite<sup>2</sup>, que valent annuatim in omnibus proventibus eorum, computatis terragiis vineis molendinis et quibuslibet aliis iuribus, aur. unc. 30,

item de casali Turre<sup>2</sup>, casali Pallata<sup>2</sup>, casali Stalicelle<sup>2</sup>, que valent annuatim in omnibus proventibus eorum, computatis terragiis vineis molendinis et quibuslibet aliis iuribus, aur. unc. 30,

item de casali Mitha<sup>2</sup>, quod valet annuatim, computatis terragiis vineis molendinis et quibuslibet aliis iuribus, aur. unc. 12.

Item interrogatus, si vidit litteras restitucionis casalium predictorum, dixit quod sic. Dixit etiam, quod dominus Iohannes de Rocca<sup>5</sup>, qui percepérat inde litteras regias, fecit eidem comiti predicta casalia assignari.

Item interrogatus, si aliquod ius<sup>a</sup> habet regia curia in predictis casalibus restitutis, dixit se nichil inde scire.

Die übrigen Zeugen sagen dasselbe.

In casali Clisto<sup>6</sup> de plano Sancti Martini.

[18] Guillimottus Macri . . . dixit, quod facta fuit restitutio predicto comiti Petro de quodam pheudo, quod dicitur Iacobi Russi, in quo sunt focularia 20, et valet annuatim aur. unc. 4.

Die übrigen Zeugen sagen dasselbe.

[f. 127<sup>b</sup>]

In Tropea<sup>7</sup>.

[19] Iacobus Bullita . . . dixit, quod domino Iohanni de Cassano de Tropea . . . restituta fuit quedam pars pheudi in Tropea, que consistit in hominibus, terris laboratoriis et vineis . . . folgt Wertangabe.

<sup>a</sup> Fehlt Orig.

ionischen Küste entspricht recht gut der ebenfalls hochgelegenen und die Piana di S. Eufemia weithin beherrschenden Rocca diruta auf der tyrrhenischen Seite Calabriens. Der Sinn dieser Teilung war, daß Robert Guiscard den einzigen einigermaßen bequemen Übergang über die calabrische Landenge von Catanzaro, der von Westen nach Osten erst dem Flüßtale des Amato folgt und dann über Tiriolo und Catanzaro an der Fiumarella entlang zum Ionischen Meer hinabsteigt, in seiner Hand behalten, seinem Bruder aber das unwegsame Bergland südlich von jener Linie überlassen wollte. Der Bericht hierüber bei Malaterra nennt nur die beiden Endpunkte jener Linie, weil dazwischen nichts lag als hohes, unzugängliches Gebirge.

Entschieden abzulehnen ist nach alledem die Gleichsetzung von Rocca Niceforo mit Catanzaro, wie schon Giustiniani (III 389) richtig bemerkt hat.

Rocca Niceforo gehörte im 14. Jahrhundert zur Grafschaft Mileto; vgl. De Lorenzo S. 179. Ob die Burg irgendwann auch im Besitz der Familie Ruffo gewesen ist, wie Aldimari S. 137 angibt, habe ich nicht feststellen können; ebensowenig Zeit und Ursache ihres Verschwindens.

Ein feudum, quod dicitur de Amirato, situm in Rocca Nichifori wurde am 16. Januar 1267 von Karl von Anjou dem Iohannes de Rocca Nichifori verliehen (Del Giudice, Codice I 277 Nr. 89).

<sup>1</sup> Wohl nicht Buccanum, das als casale de tenimento Seminarie erwähnt wird (Dok. III, Ziff. 10), sondern Bruzzano Zeffirio (Dok. III Ziff. 7).

<sup>2</sup> Nicht identifiziert.

<sup>3</sup> S. Basile, westlich Castrovillari?

<sup>4</sup> Frascineto, nordöstlich Castrovillari?

<sup>5</sup> Iohannes de Rocca wird 1267 als Inquisitor curie erwähnt. Durrieu II 373.

<sup>6</sup> Cristò, siehe Dok. III, Ziff. 8.

<sup>7</sup> Tropea.

Item de litteris regiis restitucionis dixit se non vidisse.

Item interrogatus, quod ius habet regia curia in predictis, dixit se ignorare.

*Die übrigen Zeugen sagen dasselbe.*

In eadem terra Tropee.

[20] Iacobus Bullita . . . dixit, quod predicto domino comiti Petro de Catançar(io) facta fuit restitucio . . . de infrascriptis castro et casalibus . . . , videlicet:

de castro Maynardi<sup>1</sup> . . .,  
item de pheudo domine Thimu,  
item de pheudo Muntunn(i)<sup>2</sup>  
item de pheudo, quod dicitur Drage<sup>3</sup>.

Interrogatus de annuo valore . . . , dixit se penitus ignorare<sup>a</sup>.

Interrogatus, si vidit litteras regias de restitutione ipsorum, dixit, quod dominus Ioannes de Rocca, qui receperat inde litteras regias, quas ostendit et legi fecit, autoritate predictarum litterarum fecit predicta castrum et casalia assignari domino comiti supradicto et assecurari eum ab hominibus eorundem.

Item interrogatus, si aliquod ius habet regia curia in predictis, dixit se ignorare.

[f. 128<sup>a</sup>]

In Mileto<sup>4</sup>.

[21] Nicolaus Tremarcellus . . . dixit, quod domino Raymundo de Fuscaldo . . . facta fuit restitutio . . . de casali Francice<sup>5</sup>, in quo sunt focularia hominum ultra 150, et valere dicitur annuatim . . . aur. unc. 100 et plus.

Interrogatus, si vidit litteras regias . . . , dixit quod non.

Item interrogatus, quod ius habet regia curia in ipso casali, dixit se nichil aliud inde scire, nisi quod novit, quod, imperatore Frederico veniente in regnum corona imperii coronato, fecit revocare predictum casale Francice ad demanium curie sue tamquam sibi rationabiliter pertinens et tenuit ipsum in demanio curie usque ad habitum suum.

*Die übrigen Zeugen sagen dasselbe.*

In casali Clisto<sup>6</sup> de plano Sancti Martini.

[22] Iudex Perronus de Sancto Georgio . . . dixit, quod facta fuit restitucio domino Raymundo de Oppido de casali Barapodi<sup>7</sup>, casali Papanico<sup>8</sup>, casali Licodrapani<sup>9</sup>, casali Vermicici<sup>10</sup>, casali Missinadi<sup>11</sup> . . . es folgt die Wertangabe.

Item interrogatus, si vidit litteras regias de restituzione predictorum casalium, dixit, quod audivit dici, quod misse fuerunt littore regie de ipsa restitucione domino Barraheo<sup>a</sup>

<sup>a</sup> So Orig.

<sup>1</sup> Castelmenardo, jetzt zerstört, lag bei Filadelfia, südlich der Piana di S. Eufemia (Karte von Rizzi-Zannoni).

<sup>2</sup> Nicht identifiziert.

<sup>3</sup> Mileto, etwas unterhalb der jetzigen Stadt.

<sup>4</sup> Francica, nordöstlich Mileto.

<sup>5</sup> Siehe oben Dok. III, Ziff. 8.

<sup>6</sup> Varapodio, nördlich Oppido Mamertina.

<sup>7</sup> Papanice, westlich Crotone.

<sup>8</sup> Nicht identifiziert.

<sup>9</sup> Mesignadi, nördlich Oppido.

de Barrachio tunc iusticiario Calabrie<sup>1</sup>, et idem iusticiarius fecit sibi restituи predicta casalia autoritate ipsarum litterarum.

[f. 128<sup>b</sup>] Item interrogatus, quod ius habet regia curia in predictis casalibus restitutis, dixit se nichil aliud inde scire, nisi quod tempore, quo terram Sancti Martini<sup>2</sup> tenebat camerarius Riccardus<sup>3</sup>, casalia predicta possidebat et tenebat predictus camerarius Riccardus, quemadmodum tenebat totam aliam terram suam tempore imperatoris Frederici, et procurabantur per eundem camerarium Riccardum; et post mortem ipsius camerarii fuerunt in demanio curie imperatoris; et tempore principis Tarentini tenebat ipsa comes Fredericus Lancea et tenuit usque ad adventum domini nostri regis Karoli.

Iudex Guido de Seminar(ia) . . . addidit, quod ipse recepit litteras a domino Barrachio de Barrachio predicto, ut induceret eundem dominum Raymontum in possessionem casalium predictorum.

Die übrigen Zeugen sagen nichts Neues aus.

#### In Castello veteri<sup>4</sup>.

[23] Magister Iohannes de magistro Symone . . . dixit, quod . . . domino Guilielmo de Amoruso facta fuit restitucio de uno pheudo milit(is) sito in eadem terra Castelli veteris, quod dicitur de sire Biviano . . . folgt die Wertangabe,

item de quibusdam patrimonialibus existentibus apud Giracium<sup>5</sup> et quarterium Sancti Pauli<sup>6</sup> et quarterium Gructar(ie)<sup>7</sup>. Wert unbekannt.

Item interrogatus, si vidit litteras regias . . . , dixit quod non.

Item interrogatus, quod ius habet regia curia in predictis bonis . . . , dixit se nichil inde scire.

[f. 129<sup>a</sup>] Item in casali Clisto<sup>8</sup> in plano Sancti Martini.

[24] Iudex Perronus de Sancto Georgio . . . dixit, quod domino Rogerio de Rao(?) . . . restitutum fuit casale Anogii<sup>9</sup>, situm in tenimento Sancti Georgii<sup>10</sup> . . . folgt Wertangabe.

Item interrogatus, si vidit litteras regias . . . , dixit quod non.

Item interrogatus, quod ius habet regia curia in ipso casali restituto, dixit se nichil aliud inde scire, nisi quod tempore principis Tarentini dictus dominus Rogerius destinatus fuit de casali ipso et tenuit ipsum postmodum comes Fredericus Lancea usque ad adventum domini nostri regis.

Die übrigen Zeugen sagen dasselbe.

#### In Monte leonis<sup>11</sup>.

[25] Rogerius de Rosaria . . . dixit, quod comes Galvanus Lancea, cum tenebat castrum Sancti Dimitrii<sup>12</sup>, capi fecit de persona Iordanum de Gangio habitatorem Montis leonis

<sup>1</sup> Barracius de Barras war Justiciar von Calabrien vom 11. Januar bis zum August 1267. Durrieu II 210.

<sup>2</sup> San Martino, östlich Palmi, an der großen Straße von Gioja Tauro nach Gerace.

<sup>3</sup> Er war im Amte von 1215 bis zum September 1234. Huillard-Breholles, Introduction S. CXLVII.

<sup>4</sup> Caulonia, ehemals Castel Vetere, nordöstlich Gerace Marina.

<sup>5</sup> Gerace.

<sup>6</sup> Nicht identifiziert.

<sup>7</sup> Grotteria, nordöstlich Gerace.

<sup>8</sup> Siehe oben Dok. III, Ziff. 8.

<sup>9</sup> Anoia, südöstlich Nicotera.

<sup>10</sup> San Giorgio Morgeto, siehe oben S. 62 Anm. 2.

<sup>11</sup> Vibo Valentia, ehemals Monteleone.

<sup>12</sup> Ehemals ein Ort in der Nähe von Monteleone; vgl. Marafioti S. 133b und Fiore I 133.

propter ea, quod destitutus fuit bonis suis, que habebat in Monte leonis et que habebat in castro Sancti Dimitrii, et tenebat ea predictus comes Galvanus. Post adventum vero domini nostri regis in regnum reaccepit omnia supradicta bona autoritate propria; que bona tenet hodie Iohannes Prasinus de Monte leonis propter ea, quia post mortem ipsius Iordani accepit filiam eius in uxorem.

Item interrogatus, quod ius habet regia curia in predictis bonis, dixit, quod predictus Iordanus liberatus a carcere vendidit omnia predicta bona, que tenuerat in Monte leonis et Sancto Dimitrio predicto comiti Galvano pro certa pecunie quantitate, et sic credit, quod omnia predicta bona debeant esse in manu curie, sicut sunt cetera bona, que fuerunt predicti comitis Galvani.

*Der andere Zeuge sagt dasselbe.*

[f. 129<sup>b</sup>]

In Arena<sup>1</sup>.

[26] Notarius Paulus . . . dixit, quod filii domini Raolis de Arenis tempore principis Tarentini exiverunt de Arenis expulsi per dominum Fredericum de Arenis et post adventum domini nostri regis in regnum reacceperunt propria autoritate quandam partem pheudi, que valet aur. unc. 3 . . .

Item dixit, quod heredes Riccardi Macri similiter propria autoritate reacceperunt sextam partem cuiusdam pheudi, que valet annuatim eis aur. unc. 2.

Item heredes comestabuli reacceperunt similiter propria autoritate vineas et terras quasdam burgensaticas, que valent sibi annuatim aur. unc. 1.

Item interrogatus, quod ius habet regia curia<sup>a</sup> in predictis omnibus, dixit nichil aliud inde scire, nisi quod<sup>b</sup> predicti omnes reacceperunt omnia supradicta propria autoritate et sine mandato curie.

*Die übrigen Zeugen sagen dasselbe.*

In casali Vallislonge<sup>2</sup>.

[27] Iohannes de Philippo . . . dixit, quod Berardus de Valletonga tempore principis Tarentini exivit de Arenis expulsus per predictum Fredericum de Arenis et post adventum domini nostri regis in regnum rediens reaccepit propria autoritate sua pheudum unum pheudi Russi, quod dicitur de Braczari<sup>3</sup>, in quarterio Arenarum, et valet sibi annuatim unc. 10.

Item domina Iohanna uxor quandam Henrici Theotonici similiter reaccepit pheudum milit(is), quod dicitur de Cassune (?)<sup>3</sup> . . . folgt Wertangabe.

[f. 130<sup>a</sup>] Item Iohannes Fazarius reaccepit casale Chilandari<sup>3</sup> in Valle longa . . . folgt Wertangabe et pheudum Giracanoni<sup>3</sup> in quarterio Arenarum . . . folgt Wertangabe.

Item Percivallus de Valletonga similiter reaccepit domos vineas et terras et alia burgensatica . . . folgt Wertangabe.

Item interrogatus, quod ius habet curia regia in predictis, dixit se nichil aliud inde scire, nisi quod predicti reacceperunt bona eorum propria autoritate et sine mandato regio.

*Die übrigen Zeugen sagen dasselbe.*

<sup>a</sup> Fehlt Orig.

<sup>b</sup> Im Orig. quia.

<sup>1</sup> Arena, südöstlich Vibo Valentia.

<sup>2</sup> Valletonga, östlich Vibo Valentia.

<sup>3</sup> Nicht identifiziert.

In Suriano<sup>1</sup>.

[28] Robertus de Guiliocto . . . dixit, quod Iacobus de Celano similiter expulsus fuit per predictum dominum Fredericum de Arenis et rediens reaccepit propria autoritate quandam partem pheodi, que valet per annum unc. 3.

Item Americus Macri reaccepit propria autoritate quandam partem pheodi, que valet aur. unc. 4.

Item Teobertus de dompno Lania similiter reaccepit pheodum unum milit(is) in quaterio Arenarum, quod valet aur. unc. 10.

Item Gualterius de Arena reaccepit similiter vineas terras et alia burgensatica, que valent sibi aur. unc. 1.

Die übrigen Zeugen sagen dasselbe.

[f. 130<sup>b</sup>]

In Amindolia<sup>2</sup>.

[29] Andreas Cardanus . . . dixit, quod . . . facta fuit restitucio . . . domino Guilielmo de Amindolia de castro Amindolie cum casalibus . . . folgt Wertangabe.

Item dixit, quod sunt in ipsa terra et casalibus suis usque ad 400 focularia hominum.

Interrogatus, si predictus dominus Guilielmus habet litteras regias . . . , dixit se nescire. Interrogatus etiam predictus dominus Guilielmus, quod ostenderet litteras regias de restitucione ipsa vel alias cautelas, quas inde haberet, dixit se habuisse litteras regias, set eas ostendere non poterat, pro eo quod eas amiserat, quando cives Regii cuperunt et habuerunt castrum Amindolie.

Item interrogatus, quod ius habet regia curia in predicto castro, dixit se nichil aliud inde scire, nisi quod imperatore Frederico existente in partibus transmarinis ante regressum suum in regnum mandavit et fecit predictam terram Amindolie ad suum demanium revocari, quod factum fuit, et ex tunc terra ipsa fuit in demanio curie toto tempore vite ipsius imperatoris.

Die übrigen Zeugen sagen dasselbe.

Hier schließt die Enquete ab. Der Rest des fol. 130<sup>b</sup> sowie die Blätter fol. 131—134 sind leer.

## V. Lehenrestitutionen in der Basilicata. ca. 1277.

Neapel, Staatsarchiv, Fasc. Ang. MR 1 (Carte sciolte) fol. 57, 58, 61—64, 67 und 68. Orig. chart. Die Blätter hängen paarweise zusammen, 57 und 68, 58 und 67, 61 und 64, 62 und 63; es fehlen 4 Blätter, nämlich fol. 59, 60, 65 und 66. Am Anfang ist diese Enquete sicher vollständig, wie aus der erhaltenen Überschrift hervorgeht; am Schluß jedenfalls nicht, obwohl die ganze Lage die ungewöhnliche Zahl von 12 Blättern hat. Denn in Ziff. 9 wird deutlich auf nachfolgende Aussagen verwiesen.

De Lellis (bei Minieri, Studi storici S. 7 und 8, Minieri, Genealogia S. 210 Nr. 53, Minieri, Notamenti S. 252, Capasso, Hist. diplom. S. 349 Anm. 5 und Del Giudice, Riccardo Filangieri S. 252 Anm. 1; vgl. auch Arch. stor. Camp. II 771ff.) gibt Auszüge aus fol. 58<sup>a</sup>, 61—64, 67<sup>b</sup> und 68<sup>a</sup> und zitiert dafür Fasc. 41. Diesem Faszikel dürften die Fragmente also entstammen.

Für die Datierung gibt das Bruchstück selbst keine unmittelbaren Anhaltspunkte; das ist besonders auffallend, weil am Anfang, wo man ein Datum erwarten sollte, nichts fehlt. Und

<sup>1</sup> Soriano, südöstlich Vibo Valentia, nahe Arena.

<sup>2</sup> Amendolea, nahe Bova, ostsüdöstlich von Reggio di Calabria.